

The Electronic *Compendium moralium notabilium* Project
(<https://compendium-project.wlu.ca/index.html>)

21 quotations attributed to Plato in the *Compendium moralium notabilium*
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Montagnone's citations of *Phaedo* and most of the quotations from *Meno* are edited Elissa Bisanti, "The Transmission and Reception of Platonic Texts across Cultural Networks," in *New Perspectives on the Platonic Tradition in the Middle Ages. Sources and Doctrines*, Rome, Aracne, 2021, 69-94 at pp.93-94. Bisanti was not aware that two quotations from *Meno* are misattributed to *Timeus* in the 1505 edition.

Pars 1, Liber 1, Rubrica 28: De paradiso salute premio et gloria animarum bonorum hominum (fol.10vb)

Plato in fedrone. **Est in re vera: defunc.**

Sed est in re vera et reviviscere atque ex defunctis viventes gigni necnon defunctorum animas extare et bonis melius esse, malis autem deterius.

Plato, *Phaedo interprete Henrico Aristippo* (L. Minio-Paluello ed., Plato Latinus 2, 1950, p.26, ll.2-4).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 28: De diabolo (fol.11rb)

Plato in timeo. **Inuisibilium diuinarum potestatum que demones nuncupantur prestare rationem maius est opus quam ferre valeat hominis ingenium.**

At uero inuisibilium diuinarum potestatum quae daemones nuncupantur praestare rationem maius est opus quam ferre ualeat hominis ingenium; igitur compendium ex credulitate sumatur.

Plato, *Timaeus a Calcidio translatus*, 2 (J.H. Waszink ed., Plato Latinus 4, 1962, p.34, ll.13-15).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 31: De inferno et penis animarum peccatorum (fol.12ra)

Plato in fedrone. **Est ire vera defunctorum animas extare: et bonis melius esse: malis autem deterius.**

Sed est in re vera et reviviscere atque ex defunctis viventes gigni necnon defunctorum animas extare et bonis melius esse, malis autem deterius.

Plato, *Phaedo interprete Henrico Aristippo* (L. Minio-Paluello ed., Plato Latinus 2, 1950, p.26, ll.2-4).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 1: De bono et malo (fol.15ra)

Plato in menonen. **Non vult mala quispiam. Nullus vult mala.**

SOCRATES.... Non igitur vult, o Menon, mala quispiam, siquidem noluerit talis esse. Quid enim alius est miserum esse quam desiderare mala et habere? – MENON. Laboras vera dicere, o Socrates; et nullus vult mala.

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.18, ll.6-9).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 3: De virtutibus et vitiis (fol.15vb)

Plato in menonen. **Uirtus est potentia acquirendi bona. Bene ais: bona sufficientem esse vindicare virtutem.**¹ **Uirtute sumus boni.**² **Diuina sors nobis apparet mens virtus quibus inest.**³

1. SOCRATES. Hoc est igitur, ut videtur, iuxta tuam sententiam virtus: potentia acquirendi bona. – Menon. Omnifariam michi videtur, o Socrates, ita se habere, ceu tu nunc suspicaris. Socrates. Inspicamus autem et hoc an verum dicis, fors etenim bene ais. Bona inquis sufficientem esse vindicare, virtutem esse?

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.18, ll.15-19).

2. SOCRATES. Et certe virtute sumus boni?

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.30, l.9).

3. SOCRATES. Igitur ex hac ratione, o Menon, diuina sorte nobis apparet inens virtus quibus inest.

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.44, ll.24-25).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 4: De felicitate et beatitudine et summo bono (fol.17ra)

Plato in menonen. **Est qui velit miser et infelix esse: ne vnquam mihi videtur.**

SOCRATES. Est igitur qui velit miser et infelix esse? – MENON. Neutiquam mihi videtur,
o Socrates.

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.18,
ll.4-6).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 2: De bonitate et prauitate (fol.25va)

Plato in menonen vltra medium: **Non natura boni: fiunt itaque disciplina.**¹ Circa finem: **Neque boni natura erunt quidem.**²

1. SOCRATES. Ergo igitur quandoquidem non natura boni boni fiunt, itaque disciplina?

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.32, ll.2-3).

2. SOCRATES. Itaque quandoquidem non natura, neque boni natura erunt quidem.

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.42, ll.29-30).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersatione conspectu societate et solitudine (fol.38vb)

Plato in timeo circa finem: **A bonis doceberis. Si vero malis commiscearis: perdes et inherentem intellectum.**

MENON. In elegiis, ubi dicit: / 'Et penes hos bibe ac comede, et cum istis / sede, atque operare hiis, quorum magna virtus. / A bonis quippe <bona> doceberis; si vero malis / commiscearis, perdes et inherentem intellectum.'

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.39, ll.8-12).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 2: De beneficiis (fol.47va)

Plato in timeo circa finem. **Bonos viros decet commodos esse.**

SOCRATES. Ita: quia bonos viros decet commodos esse, recte fassi sumus hoc quoque; quoniam non aliter se habeat, vel enim?

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.40, ll.25-26).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.60va)

Plato in timeo: **Inuisibilium diuinarumque potestatum que demones nuncupantur prestare rationem maius est opus quam ferre valeat hominis ingenium.**

At uero inuisibilium diuinarum potestatum quae demones nuncupantur praestare rationem maius est opus quam ferre ualeat hominis ingenium; igitur compendium ex credulitate sumatur.

Plato, *Timaeus a Calcidio translatus*, 2 (J.H. Waszink ed., Plato Latinus 4, 1962, p.34, ll.13-15).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 4: De ratione morali consideratione (fol.61va)

Plato in menonen. **Quotiens absque mente audet homo leditur: quotiens vero cum mente proficitur.**

Veluti fortitudo, si non sit prudentia fortitudo atqui qualis ausus quidam; nonne quotiens absque mente audeat homo, leditur; quotiens vero cum mente, proficitur?

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.30, ll.26-28).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 6: De imagine memoria reminiscencia et obliuione morali consideratione (fol.62ra)

Plato in timeo circa principio. **Certum illud expertus sum tenatiorem fore eorum memoriam que prima etate discuntur.**

Itaque, ut hic modo dixit, tam hesterno die post digressum protinus ad praesentes retuli quam nocturnis uigiliis omnia scrutinabundus recuperaui certumque illud expertus sum tenatiorem fore memoriam eorum quae in prima aetate discuntur.

Plato, *Timaeus a Calcidio translatus*, 1 (J.H. Waszink ed., Plato Latinus 4, 1962, p.18, ll.14-17).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 7: De disciplina (fol.68vb)

Plato in menonen. **Non natura boni: fiunt itaque disciplina.**

SOCRATES. Ergo igitur quandoquidem non natura boni boni fiunt, itaque disciplina?

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.32, ll.2-3).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 2: De paupertatis proficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum (fol.90rb)

Plato in phedrone. **Propter pecuniarum possessionem vniuersa prelia nobis fiunt.**

Quia propter pecuniarum possessionem vniuersa prelia nobis fiunt, pecunias sane compellimur possidere propter orpus, servi facti huius cure; et exinde impedimentum vactionis agimus philosophiam circa propter cuncta hec.

Plato, *Phaedo interprete Henrico Aristippo* (L. Minio-Paluello ed., Plato Latinus 2, 1950, p.17, ll.6-9).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 13: De continentia et incontinentia cupiditatum et voluptatum
(fol.107vb)

Plato in phedrone. **Recte philosophantes abstinent ab eis que secundum corpus sunt concupiscentiis omnibus.**

Immo ea propter, o Simmia quoque et Cebes, recte philosophantes abstinent ab eis que secundum corpus sunt concupiscentiis omnibus et fortes fiunt et non tradunt eis se ipsos minime edificiorum ruinam et egestatem formidantes, ceu multi pecuniarum amatores; neque iterum dedecusque et ignobilitatem molestie metuentes, quemadmodum appetitores magistratum et ambiciosi honorum, deinceps abstinent ab eis.

Plato, *Phaedo interprete Henrico Aristippo* (L. Minio-Paluello ed., Plato Latinus 2, 1950, p.40, ll.10-16).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 5: De officio et cura pertinendi ad vxores et maritos (fol.115rb)

Plato in menonen circa principium. **Decet mulierem domum bene dispensare: salua facientem que intrinsecus: et obsequentem esse viro.**

Quod si volueris mulieris virtutem, haud molestum pertransire: quoniam decet eam domum bene dispensare, salva facientem que intrinsecus et obsequentem esse viro.

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.10, ll.26-28).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 11: De audacia (fol.124va)

Plato in menone vltra medio. **Quotiens absque mente audeat homo: leditur: quotiens vero cum mente proficitur.**

Veluti fortitudo, si non sit prudentia fortitudo atqui qualis ausus quidam; nonne quotiens absque mente audeat homo, leditur; quotiens vero cum mente, proficitur?

Plato, *Meno interprete Henrico Aristippo* (V. Kordeuter ed., *Plato Latinus* 1, 1940, p.30, ll.26-28).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 1: Unde oriuntur bella (fol.125rb)

Plato in phedrone. **Propter pecuniarum possessionem vniversa bella nobis fiunt.**

Quia propter pecuniarum possessionem vniversa prelia nobis fiunt, pecunias sane compellimur possidere propter orpus, servi facti huius cure; et exinde impedimentum vactionis agimus philosophiam circa propter cuncta hec.

Plato, *Phaedo interprete Henrico Aristippo* (L. Minio-Paluello ed., Plato Latinus 2, 1950, p.17, ll.6-9).